



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmvla Caietani

Cajetan, Thomas

Antverpiae, 1575

Officium proprium corrumpens, præuaricator est iustitiæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41716

Prodigalitas. 465

in spiritum sanctum: utpote conteinnens spiritus san-
cti auxilium ad poenitendum & merendum.

*Officium proprium corrumpens, præuar-
icator est iustitiae.*

Præuaricatio (qua homo à debito officio seu cer-
tamine variat ad oppositum fouendum ut auctor
ad fouendū reum, aut econtrario, & sic in similibus) peccatum est: quia contra rectam rationem. Et si in iudicio iusto hoc fiat, aut aliás in præiudicium diuinū vel communis boni, aut cuiusque proximi, peccatum est mortale: quia iniustitia ipsa peccatum est mortale ex suo genere. Seclusa autem omni iniuria, pensanda est ratio declinandi: & secundum illam iudicanda est præuaricatio an sit mortalís.

Procuratorum criminā, vide superius in verbo;
P aduocatus.

*Res proprias superfluè dissipans & predi-
galiter consumens viam am-
bulat perditionis.*

Prodigalitas (qua homo superfluè erogat res suas) peccatum est, utpote liberalitatis virtuti contraria. Non autem mortale peccatum, si pura est: quia minus peccatum est, quam auaritia liberalitati contraria: quae si pura est, constat non esse mortalem. Et utriusque ratio est: quia neutra agit contra charitatem Dei aut proximi, sed præter illam.

Si vero mixta est iniuriæ diuinorum præceptorum, & breuiter cuicunq; alteri vitio (puta impietatis filiorum aut filiarū, aut intemperantiae: vt filius prodigus dissipavit substantiam suam cum meretricibus) iudicanda est iuxta qualitatem vitii cui admiscetur: ita quod prodigus agitur ad appetitu mortali, prodigalitas & ipsa mortalís est: vt patet de filio prodigio.